

1275, desembre, 30

Tarascó Falcuci de Setcases permuta amb Berenguer de Sala, del mateix lloc, una tefra i un clos per altres terres situades a Setcases, que es tenen pels monestirs de Sant Daniel i Ripoll.

ASD núm. 233, 220 x 245 mm, expedició de 1304. Còpia: Llibre de capbreuacions de Setcases, núm. 11, ff. 12v-13v.

Sciunt cuncti quod ego Tarasconus Falcucii de Septemcasis, scienter per me et meos dono et nomine permutationis concedo tibi Berengario de Sala eiusdem loci et patri tuo Petro et uestris òmnibus in perpetuum duas pecias terre quarum unam habeo apud locum uocatum Brugueroles, sicut terminatur ab oriente in ipso podiolo de Argimir, et a meridie in terra tua, et ab accidente in ipso quario de Dombaiol, et a circio in tuo cortallo, et alia est quedam closa mea que est apud pontem de Rippis, et terminatur ab oriente in closa Guilielmi Iuliani et a meridie in closa Raimundí de Quintana, et ab accidente in closa den Boffiyl, et a circio in closa Petri Longardi, ut ipsas duas pecias terre, in quarum una est dicta closa, teneatis uos et uestri in perpetuum, et habeatis cum intratibus et exitibus et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi et inde factis et faciendis et cum omnibus dicte dose presentibus et futuris ad omnes uestras et uestrorum uoluntates omni tempore faciendas, nullo ibi uel inde mihi uel meis iure retento, saluo iure et dominio camerarii monasterii Riuipulli et Sancti Danielis Gerunde, cum annuo censu qui de predicta closa debet fieri assuete, quas terras uobis permuto pro parte uestra quarundam terrarum que sunt in plano dez Quer den Senes Jou et pro una terra quam mihi similiter permutatis et datis cum instrumento inde facto, prout in eodem instrumento plenius continetur, renunciando excepcioni dictarum terrarum non traditarum uel receptarum, et si dicte terre plus ualent illis quas mihi datis, totum illud plus dono uobis donacione irreuocabili inter uiuos, unde scienter et consulte renuncio omni excepcioni doli et metus et accioni in factum et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subuenitur et omni alii mihi competenti iuri, promitens quod dictas terras bona fide mea faciam uobis et uestris tenere et in pace possidere perhenniter contra cunctos, et teneri inde uobis et uestris de omni euiccione et interesse, pro quibus omnibus predictis et singulis obligo uobis et uestris omnia bona mea mobilia et immobilia habita et habenda ubique, mitendo inde uos cum presenti publico instrumento in plenam et uacuum possessionem dictarum terrarum uel quasi et eas a uobis nomine precario confiteor possidere donec inde adepti fueritis possessionem corporalem ac etiam manualementem uel quasi, quam possessionem uel quasi possitis cum uobis placuerit ingredi. et nancisci me irrequisito, et deinde uobis et uestris postea perpetuo retinere.

Actum est hoc .III kalendas ianuarii anno Christi .Mcc. septuagesimo quinto.

Sig+num Tarascóni Falcucii predicti, qui hoc firmo et lauda. , Sig+num Petri Lengart de Septemcasis. Sig+num Iohannis de Moratono clerici. Sig+num Arnaldi Gaylart de Camporotundo, testium. Sig+num domine Beatricis, Dei gratia abbatisse Sancti Danielis Gerunde, que hoc firmauit saluo iure ipsius monasterii in omnibus, cuius firmam eius mandato ego (s. man.) Franciscus Fuyani, notarius publicus substitutus auctoritate regia a Bernarda de Toyloano publico Gerunde notaria, hic apposui nonis nouembris anno Domini

.Mcccxxxix., presentibus testibus Bernarda Oliba, clerico ecclesie Sancti Danielis, et Romeo Ruffi de Gahusis. Raimundus de Oliueta, scriptor publicus uille Campirotundi sub Berengario de Uiueriis et Simone Stephani, notariis eiusdem uille hec scripsi .mn. idus augusti anno Incarnacionis Christi .Mccc. quarto ex notis inuentis non cancellatis scribanie Campirotundi et hoc sig(s. man. )num feci.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 481-483